# Los orígenes de los Agustinos Descalzos en Portugal

POR

SATURNINO LÓPEZ, AGUSTINO († 1944) (*)

## XXII

*Memorial del Rmo. Valvasori al Papa en 1670*

(Al margen) Alla Santità di N. S. Clemente PP. X.

Beatissimo Padre - Il Generale dell'Ordine di S. Agostino, humilissimo oratore della Santità Vostra, riverentemente gl'espone, come fin dall'anno 1663 fu fondato dalla Serenissima Regina di Portogallo un Convento di Monache Scalze sotto la Regola del medesimo Santo e successivamente un altro per i frati della Provincia di Portogallo dell'istess'Ordine, i quali la medesima Regina volse che andassero Scalzi per conformarsi all'habito delle dette Monache per servitio delle quali furono assegnati, con questo che l'uno e l'altro Convento fosse immediatamente sottosposto all'obedienza e total giurisditione del Generale. Havendo poi i medesimi frati che furono Scalzi preteso di fare in Portogallo nuove fondationi et introdurvi l'istituto de i Scalzi, tentorno di unirsi alla Congregatione d'Italia della medesima Regola, il che loro vietato dalla Sac. Congregatione de Vescovi e Regolari, la quale parimente prohibì la dismembratio-

* Véase *Archivo Agustiniano*, LV (1961), 229-253.

ne de i medesimi dall'obedienza professata al detto P. Generale; essendosi poi l'istessi frati uniti senza varuna licenza alla Congregatione de Scalzi di Spagna e sottoposti all loro Vicario Generale li dui Conventi sopradetti di Monache e di frati, havendo accettato Novitii e preteso nuove fondationi, la medesima Sac. Congregatione giudicò esser tutto questo cose nulle et attentate, come fatte pendendo la lite avanti di lei et aspettandosi l'informatione et il voto del Vicario Capitolare di Lisbona, al quale era stato rimesso il negotio. Trovandosi per tanto questa differenza introdotta nella Sac. Congregatione fino dall'anno 1666, essendo Ponente la buona memoria del S. Cardinale Delci e non essendosi mai potuto havere la final Decisione, con grave pregiuditio del servitio di Dio e della quiete religiosa; dopo haver la Causa havuti moltissimi periodi, il Generale sopradetto Oratore Supplica humilmemente la Santità Vostra a compiacersi di commetterla ad una Congregatione particolare, acciò possa una volta vedersi terminata con la maggior celerità possibile, la quale sarebbe impossibile a sperarsi se la detta causa perseverasse nella detta Sac. Congregatione per che doverebbe deputarsi nuovo Ponente per la morte del Sig. Card. Delci e per la multiplicità de Signori Cardinali nuovamente ammessi nella medesima Sac. Congregatione, di maniera che si richiederebbe longo tempo prima che restassero informati d'una Causa di tanta importanza e di accidenti tanto varii e complicati. Che il tutto etc.

Ex Audientia Smi. D. Mons. Auditore.

Nostro Signore deputa una Congregatione particolare de Sri. Cardinali Brancacci, Cibo, Ottobone e Imperiali con Mons. de Vecchii Segretario et il Sig. Card. Brancacci per Ponente in luogo del Sig. Card. Delci questo di 6 Luglio 1670. Prospero Bottini, Auditore.

Memorialia Proc. Generalis, Bb. 12, fol. 64 - In Arch. Ord.

## XXIII

*Decretos de la Congregación particular nombrada*

I - In Sac. Congregatione Episcoporum et Regularium habita 11 Junii (*Julii*) 1670, rescriptum fuit: Fiat Congregatio ad tenorem rescripti.

II - In Congregatione habita iuxta tenorem Rescripti suprapositi die 26 Septembris 1670, rescriptum fuit: Revocanda attentata; nullum jus competere Discalceatis super Monasterio Ulixbonensi erecto pro cura Monialium, nec esse locum dismembrationi et ad Mentem.

III - In Congregatione particulari habita in palatio Emmi. Domini Cardinalis Brancaccii die 7.ª Decembris, exiit Decretum tenoris sequentis.

Cum Fratres Excalceati Ordinis Eremitarum S. Augustini in Regno Lusitaniae Monasterium Immaculatae Conceptionis Beatissimae Virginis, in quo degunt, erectum pro cura Monialium eiusdem Ordinis, a jurisdictione Pris. Prioris Generalis totius huiusmodi exemerint et Congregationi Excalceatorum Hispaniae subiecerint, Novitios ad habitum admiserint et nova Monasteria ibidem erigere ac fundare intenderent, pendente controversia super huiusmodi re in Sac. Congregatione Emmorum. S. R. E. Cardinalium negotiis et consultationibus Episcoporum et Regularium praeposita: Procurator Generalis totius Ordinis praedicti instetit revocari praefata omnia utpote attentata, et huiusmodi novas erectiones ac fundationes dictis fratribus excalceatis interdici ac prohiberi. Quapropter, eadem Sac. Congregatio, auditis pluries rationum momentis, tam in facto quam in iure, per utramque partem allatis:

Die 26 Septembris 1670. Censuit revocanda esse attentata praedicta, nullum jus competere Excalceatis Hispaniae super illo Monasterio Ulyssipone erecto pro cura Monialium, neque esse locum dismembrationi a Religione.

Et die 5.ª Decembris eiusdem anni 1670. Censuit non esse locum erectioni novorum Conventuum fratrum Discalceatorum Ordinis S. Augustini in Regno Lusitaniae; ac propterea illos erigi aut fundari tenore praesentis Decreti prohibuit. Et praedictis fratribus Excalceatis circa suprascriptam controversiam perpetuum silentium imposuit.

*Ibídem*, fol. 64-v. - Copia.

## XXIV

*Nombramiento de nuevo Superior de los Descalzos de Portugal hecho por el Rmo. Valvasori*

Romae - 1671, die 14 Martii - Pro Conventu Prum. Excalceatorum et Monasterio Monialium nostri Ordinis in Regno Portugalliae et prope Urbem Ulyssiponae dedimus sequentes litteras et patentes, constituendo Priorem et Vicarium, nec non Confessarium earundem Monialium Reg. Dd. 107, fol. 223.

I - In Conventu Immaculatae Conceptionis B. Mariae Virginis Patrum Excalceatorum nostri Ordinis Ulissipone in Portugallia degentium Priorem constituimus ac Vicarium Monialium R. P. Frem. Ignatium de Angelis. Constituimus et in Confessarium earundem Monialium P. Fr. Bartholomaeum a S. Maria subsequentibus nostris patentalibus litteris, nimirum:

Magister Fr. Hieronymus Valvasorius etc. - Ponderosum adeo censetur gubernandi munus, ut gigantes requirat viros, imo giganteas infirmet vires atque debilitet et satis levis sit quicunque huiusmodi onus minus videtur esse momentosum, quod vel ipse mundi Opifex in ipsis orbis incunabulis docuit dum duo instituit luminaria ut praeessent, quorum tamen alterum diei alterum noctis praefecit imperio, ut interpolatis collucentes luminibus, dum unum orbis habenas moderatur, alterum quodammodo quiesceret et ex quiete debilitatas vires restauret. Prudenter proinde a Maioribus nostris in Augustinensi Republica sancitum fuit ne cuiquam religioso, quamvis perfectissimo, perpetuum Conventus, Provincias et Religionem regendi officium imponeretur, sed alternis vicibus alter alteri in huiusmodi oneribus obeundis sufficeretur. Cum, igitur, in isto nostro Conventu Immaculatae Conceptionis B. Virginis ab anno 1664 et die 5.ª Julii Rev. P. Fr. Emmanuel a Conceptione actualem agat Priorem necnon Vicarium Monialium nostrarum in Monasterio S. Patris Augustini degentium extra et prope moenia Civitatis Ulissiponensis, in Valle vulgo nuncupata de Xabragas (*sic*), ad quae munia exercenda electus tunc temporis fuit a Rmo. praedecessore nostro, nunc Interamnensis Episcopo, Dno. et Pre. Mag. Petro Lanfranconi, ita tamen ut pro nutu et arbitrio Rmorum. Patrum pro tempore Generalium ab altero vel ab utroque munere posset absolvi,

in quibus equidem laudabiliter et perfecte se gessit. Nos, ne diuturniori pro nunc defatigetur labore, eundem Rmum. P. Fr. Emmanuelem a Conceptione, tenore praesentium et nostri muneris auctoritate, ab officiis Prioris praefati Conventus et Vicarii praedicti Monasterii absolvimus et absolutum esse volumus et declaramus, ac in Prioratus et Vicariatus Monialium munere pro nostro nutu, Rev. Prem. Frem. Ignatium de Angelis sufficimus, quem ob zelum, charitatem, prudentiam, rerumque gerendarum peritiam quibus pollere non ignoramus, in Priorem praememorati Conventus Immaculatae Conceptionis B. Virginis et in Vicarium nostrarum dicti Monasterii Monialium constituimus, deputamus et declaramus, prout constitutum, deputatum et declaratum esse volumus ac mandamus, pro arbitrio tamen nostro vel successorum nostrorum, a quo et a quibus, quotiescunque videbitur, possit absolvi et alter subrogari, cum omni tam in spiritualibus quam in temporalibus auctoritate et potestate quibus coeteri Priores, iuxta nostras Sacras Constitutiones, uti frui et gaudere consueverunt. In nomine Paris et Filii et Spiritus Sancti Amen. Omnibus, ergo, et singulis vobis Patribus ac Fratribus Nobis inferioribus, cuiusqunque auctoritatis, status, conditionis et potestatis fulgentibus, praecipimus et mandamus in meritum salutaris obedientiae et sub nostrae rebellionis, privationis utriusque vocis et officiorum, necnon in subsidium excommunicationis maioris latae sententiae, quam hac una pro trina canonica monitione praemissa in his scriptis, licet inviti, ferimus, ipso facto incurrendis poenis, ut praefato Pri. Fri. Ignatio de Angelis Priori sic a nobis instituto, deputato ac declarato, eam praestetis obedientiam et reverentiam quam exhibere tenemini, neve sub quovis praetextu aut quaesito colore per vos vel per alios, directe sive indirecte, ipsum in Prioratus et Vicariatus munere subeundo et obeundo impedire aut molestare audeatis; declarantes hasce nostras omni subreptionis aut obreptionis vitio carere. Cui tamen Conventus Priori et Monasterii Monialium (*Vicario*), coeterisque fratribus stricte praecepimus et mandamus sub eisdem quae supra poenis, ut omne reverentiae et obedientiae vectigal Praelatis nostrae Portugalliae Provinciae praestent ac solvant ut omnis omnino perturbationis aut dissensionis occasio amoveatur. Porro, ne praedictae Monasterii S. P. Augustini extra et prope moenia Civitatis Ulissiponensis in Valle de Xabragas RR. Moniales suo in sacramentali foro careant moderatore, id-

circo in ipsarum Confessarium deputamus Rev. P. Frem. Bartholomaeum a Sta. Maria, volentes ut hic in Confessarium Monialium deputatus et ille in Priorem Conventus Immaculatae Conceptionis electus ita suis muneribus respuere fungantur donec Nobis aut successoribus nostris aliter videbitur esse disponendum ac providendum nec aliter aut alio modo.

Dat. Romae, in Conventu nostro S. Augustini, die 14 Martii 1671.

*Ibídem,* fol. 324-v et seq.

## XXV

### *Carta del Rmo. Valvasori a las Monjas Descalzas*

Mag. Fr. Hieronymus etc. - Ven. in Christo filiae ac sorores in Domino. - Etsi, ad vos scribere minus necessarium videatur, cum nil in vobis censeatur corrigendum, quas in arca salutis, Deus ipse custos a mundi aquis exundantibus ut sospites servet, peculiari custodia asservat, nihilominus id scribendi officium praetereundum minime censuimus, ut saltem semel in hac nostra generali Praefectura vos per hasce litteras alloquamur et de vestro in religiosa observantia profecto adgratulemur. Novimus, igitur, vos mundi illecebrosis pompis renunciasse, amplas domus in angustas cellas, dominandi jus in famulandi sortem, terrenas nuptias in pertuum virginitatis votum commutasse, qui vobis, clavo pro sagitta usus, corda transfixit. Novimus vos esse istius nostri viridarii purissima lilia nullis infecta maculis, sed flagranti albicantia puritatis candore. Novimus vos esse istius lusitani oceani candidas et pretiosas marghaa ritas, quas coelicus Negociator quaesivit, quaesitas invenit, inventas comparavit et comparatas pretiosissimo Sanguinis sui murice dealbavit. Novimus vos sub Immaculatae Virginis Conceptionis vexillo nomen in sacra militia dedisse et, Amazonas ad instar, fortia proelia contra tartareas phalanges inire ac quotidie gloriosas victorias reportare. Novimus vos, calcatis mundi vanitatibus, excalceatas incedere, nudo pede tartarei Draconis caput conterere, qui vix calcaneo audet insidiari, quo se dolet perimi. Novimus tandem vos asseclas esse invictissimae illius Portugalliae Reginae, Ludovicae de

Gusman, quae, abdicato Regni fastu, aureum diadema minoris quam spineum fecit coronam, ut de ea illum merito perfrui queat. Omnis gloria ei, filiae Regis, ab intus. Adducentur Regi virgines post eam, quae vestrum omnium electam virginalem cohortem Deo centuriavit. Novimus haec omnia et plurimum ex horum notitia hausimus jubilationis. Quamvis autem pro comperto habeamus neminem ex vobis suae vocationis esse oblitam, attamen, ne nostrum in aliquibus ministerium vacuum relinquamus, vos in Domino hortamur ut studeatis vestri cordis vasa possidere in sanctificationem et omnimodae oblivionis dantes quae aliquando reliquistis, illud sponsae concinatis: "Lavi pedes meos, quo coinquinabo illos? Exui me tunica mea, quando induam illam?" Itaut, non de mundi vanitatibus, quas exuistis, sed de religiosa rerum omnium surdidate gloriamini. Insuper, unamquamque destrum, quatenum omnem omnem adhibeat studium ut sacerdotale suum peragat munus et, licet a Sacerdotio ita muliebris status repellatur ut nec Deipara Virgo carnem Christi potuerit consecrare, quam virginali ex utero potuit parturire; nihilominus, Sacerdotium vestrum vestra erit obedientia, qua Superioribus ultro estis mancipatae, obedientiae namque melior est quam victima et Praepositis obtemperare perfectius est quam sacrificare, cum istud etiam pravis, illud nonnisi probis detur atque perfectis. Obedite, igitur, Superiorum Ordinis mandatis, parete Rmorum. Generalium et Rmorum. Provincialium jussis, eorum numquam monita despicite nec ullo praetextu ansam praebete, ut in Religionem, quam matrem venerari tenemini, vestro nomine lites oriantur et excitentur. Haec namque non solum omnium virtutum est fundamentum, sed ipsamet sola est omnis virtus, Quae, enim, paupertas strictior obedientia, quae religio (sos) animos non temporalibus divitiis sed aequa libertate exuit? Quae castitas purior obedientia, quae non tantum corpus sed nec mentem cogitatu permittit commaculari? Haec virginalis nivis thesaurum custodit, haec castitatis lilia sepe et spinis circundat ut muniatur. Haec adeo virtutes omnes amplectitur, ut Religiosi quidam insignioris notae, non castitatem, non paupertatem voverent, sed unicam voto profiterentur obedientiam. Id unum, ergo, sciatis, filiae ac sorores in Christo, nullam deesse perfectionem, si obedientia adsit; qua deficiente, coeterae omnes omnino desunt. Attendite, igitur, ad petram ex qua excisae estis. Respicite B. Parentem Augustinum et ad eius successores, qui eiusdem Ordinem, Or-

dinisque Provincias moderantur, et quod regularis obedientiae vectigal voto promisistis, ad assem solvite, ut Deus Optimus Maximus vos Reginae Portugalliae asseclas cum ipsa in coelis vocet ad coronas, prout paterno in vos omnes affectu ex corde apprecamur.

Dat. Romae, in Conventu S. Augustini, die 14 Martii 1671.

*Ibídem,* fol. 323-v - 324-v.

## XXVI

*Dimisorias al P. Mro. Francisco Azevedo*

Romae - 1671, die 29 martii, dominicae Resurrectionis Christi. Patri Mag. Francisco Azevedo sequentes dedimus itinerarias litteras, scilicet:

Mag. Fr. Hieronymus Valvasorius etc. - Rev. Pri. nobis in Christo dilecto Pri. Sac. Theologiae Magro. Fri. Francisco Azevedo, Provinciae nostrae Portugalliae, eiusdem Ordinis ac voti, salutem in Domino - Uti bellantibus nil magis cordi est quam pax, ita laborantibus nil magis animo inhaeret quam requies, ut mirum non sit Te, per annos plurimos in hac Romana Curia defatigatum laboriosis curis, tandem patrios invisere lares peroptare ut optato in littore quiescas. Cum vero, dum hic apud nos traxisti moram, tam religiose, prudenter, solerter et exemplariter te gesseris, tamque munus tuum pro Portugalliae Provincia compleveris ut tuum sine animi nostri angore minime patiamur discessum, nostri muneris est ut te peculiaribus commendatitiis, non tantum obedientiales ac itinerarias, comitemur. Proinde, omnibus et singulis Conventuum et Provinciarum nostri Ordinis Superioribus te ita commendatum volumus, ut sciant se nobis gratissimum facturos si omnia et charitatis et urbanitatis officia erga Te, tuosque itineris socios impenderint; coeteris porro, ad quos iter agens diverteris, plurimum in Domino commendamus ut charitative Te dignentur accipere, cui, angelicum apprecantes comitatum, paternam nostram benedictionem elargimur et divinam apprecamur, ut sospes revertaris ad propria. In nomine etc. Datum Romae, in Conventu nostro S. Augustini, die 29 Martii 1671.

*Ibídem,* fol. 344-v.

Ya en otra carta de 14 del mismo mes había decretado el General varias cosas en provecho y conveniencia del mismo P. Azevedo. La dedicatoria es como sigue: Pro. P. Mag. Fr. Francisco de Azevedo, Provinciae Portugalliae in hac Alma Romana Curia Procuratore. En el texto es digno de reproducirse lo que sigue: "Cum igitur R. P. etc. Provinciae nostrae Lusitaniae in hac Romana Curia Procurator, diu a patriis laribus absit et negotia eiusdem Provinciae publica privatae suae quieti praeponens iugi labore per annos plurimos insudarit, quidsuae quieti praeponens iugi labore per annos plurimos insudarit, quidni nostrum erit providere ut cum sospes, Deo auxiliante, in suam Provinciam et suum Collegium Conimbricensem revertetur, nil reperiat sibi ademptum ex hiis quae, discendens, in cubiculo suae habitationis reliquit."

*Ibídem,* fol. 326.

## XXVII

*Monitorio de inhibición del Auditor de la Cámara Apostólica*

Aloysius de Aquino, etc.. Auditor, etc. - Universis, etc. - Noveritis coram nobis pro parte et ad instantiam Rmi. P. Vicarii Generalis Congregationis Eremitarum S. Augustini Recollectorum Discalceatorum in Regnis Hispaniarum et Indiarum, omni meliori modo praesentatum expositumque extitisse Sa. Mem. Clementem VIII segregasse a jurisdictione, cura et gubernio Rmi. P. Prioris Generalis et Adm. RR. PP. Provincialium Ordinis S. Augustini Calceatorum in dictis Regnis Hispaniarum omnes Conventus, Domos et Monasteria dictorum Recollectorum Discalceatorum in eisdem Regnis tunc erectos et erigendos, illosque et illa omnimode jurisdictioni, curae et gubernio ipsius Congregationis Recollectorum Discalceatorum in eisdem Regnis, illiusque Vicario Generali pro tempore aggregasse et submisse, dictamque segregationem et respective aggregationem et submissionem fuisse deinde confirmatam et approbatam a sa. mem. Gregorio XV cum amplissimis clausulis et praesertim clausula sublata et decreto irritanti, prout in sua Constitutione in Bullario novo, tom. 3, L. 36, in Ordine, Dat. sub annulo Piscatoris 31 Augusti 1622, fuisseque annis praeteritis in loco de Xabreas, dioecesis Ulix-

bonensis in Portugallia, comprehensa in dictis Bullis Apostolicis, fundatum de novo et erectum Conventum sub invocatione Immaculatae Conceptionis supradicti Ordinis Eremitarum Recollectorum Discalceatorum S. Augustini, et promoveri de praesenti in aliis locis eius(dem) Regni Portugalliae alias similes novas fundationes, quarum Religiosos, ex tenore supradictarum Bullarum Clementis VIII et Gregorii XV, aliorumque Romanorum Pontificum fuisse et esse penitus segregatos et exemptos a jurisdictione omnium Superiorum Ordinis S. Augustini Calceatorum et soli praedicto Vicario Generali et Congregationi Recollectorum et Discalceatorum Regnorum Hispaniarum et Indiarum subjectos, ad ipsum Vicarium Generalem illiusque Commissarios pertinere gubernium curam et administrationem dictorum Religiosorum, Domorum et Conventus de Xabreas, aliorumque de praesenti forsan iam erectorum vel in futurum erigendorum ad formam dictarum Pontificiarum Constitutionum, pro quarum plenaria executione et adimplemento fuit pro parte eiudem Rmi. Vicarii Generalis ac totius praedicte Congregationis Reformatorum Discalceatorum Hispaniarum et Indiarum, tam coniunctim quam divisim et alias, omni meliori modo supplicatum pro opportuno juris remedio. Quocirca, etc. - Dat. Romae, die 3 junii 1671.

Arch. Vatic. - Nunziatura di Portogallo, Vol. 29, pág. 198. - Copia.

## XXVIII

*Nuevo Memorial de los PP. General y Procurador General al Papa en ¿febrero de 1672?* (1)

Alla Santità di N. S. Papa Clemente X°.

Beatissimo Padre - Il Generale e Procuratore Generale dell'Ordine di S. Agostino, humilissimi oratori di V. S. riverentemente gl'espongono come fino dall'anno 1663 fu fondato dalla Serenis-

(1) No está indicada la fecha en ninguna parte del documento. Le atribuimos esta data fundándonos en que, en el libro de donde lo hemos tomado, aunque no se sigue en él un orden cronológico estrictamente riguroso, está colocado entre uno que corresponde al 18 y otros al 19 de febrero de 1672. - En el fol. 64 del mismo libro encuéntrase reproducido este memorial con esta añadidura: "Sacra Congregatio, die 10 Martii 1672, rescripsit advertat."

sima Regina di Portogallo un Convento di Monache Scalze sotto la Regola del medesimo Santo e successivamente un altro per i frati della Provincia di Portogallo dell'istess'Ordine, quali la medesima Regina volse che andassero scalzi per conformarsi all'habito delle dette Monache, per servitio delle quali furno assegnati, erigendo a quest'effetto il Convento incontro al Monastero, la qual fondatione fu fatta con licenza del Generale ristretta a cinque Religiosi e poi ampliata ad altri otto novitii, sei sacerdoti e dui laici, con questo che l'uno e l'altro Convento fosse immediatamente sottoposto all'obedienza e totale giurisditione di esso Padre Generale. Havendo poi, doppo la morte della Regina, i medesimi frati che furno scalzi preteso di fare in Portogallo nuove fondationi et introdurvi l'Istituto de Scalzi per dismembrarsi dal corpo della Religione e dall'obedienza del Generale, tentorno di unirsi alla Congregatione de i Scalzi d'Italia della medesima Regola, il che fu loro vietato dalla Sac. Congregatione de Vescovi e Regolari sino sotto il Pontificato della S. M. di Alessandro VII, la quale parimente proibì la dismembratione de i medesimi dall'obedienza professata al detto Pre. Generale. Successivamente i medesimi Scalzi supplicorno la S. M. di Clemente IX per la licenza d'instituire nel medesimo Regno una Congregatione di Scalzi, come si trova in Germania, Francia et altri Regni, con narrativa che già si trovavano eretti altri tre Conventi, et essendosi dalla Sac. Congregatione de Vescovi (e Regolari), alla quale fu di nuovo rimesso il negotio, domandata l'informatione e voto al Vicario Generale di Lisbona, fu dal medesimo risposto non esser vere le supposte fondationi e non convenire di conceder licenza per le medesime ne per altre. Et havendo i medesimi Scalzi havuto notitia che l'informatione e voto era contrario alla loro pretensione de fatto si unirno e sottoposero alla Congregatione de i Scalzi di Castiglia e loro Vicario Generale, facendo attentatamente nuove fondationi e domandando a S. Santità la conferma di tal unione, la quale instanza fu rimessa alla medesima Sac. Congregatione che giudicò doversi purgare l'attentati. Finalmente, volendo la S. V. imporre fine a questa controversia, si compiacque di deputare una Congregatione particolare sotto li 6 Luglio 1670. di quattro Emmi. Cardinali, cioè Brancacci, Cibo, Ottobono e Imperiali, dalla quale fu essaminato maturamente il negotio e, sentite più volte le Parti, fu risoluto alli 26 di Septembre dell'anno medesimo doversi revocare i

detti attentati e non competere a i Scalzi di Spagna nessun Jus sopra i detti Monasterii e non esser luogo alla dismembratione de medesimi dall'obedienza del Generale, et ultimamente a 15 di Decembre dell'istess'anno, fu detto non dover concedersi licenza di eriger, nuovi Conventi et imposto a i Scalzi perpetuo silentio. Le quali resolutioni furon da V. S.ª confermate per breve speciale spedito alli 28 di Genaio 1671 e per altro simile, concesso motu proprio, alli 27 Febraio del detto anno.

Sentendosi però presentemente che per parte de i detti Scalzi si faccia nuova instanza col supposto che il Prencipe di Portogallo non sia stato sentito nelle resoltioni prese e queste non siano di suo gusto, la qual cosa è totalmente falsa, essendosi giustificato con lettera del medesimo al Sig. Cardinale Delci, già Ponente della Causa, la pia mente del medesimo Prencipe, il qual solamente insisteva che non si alterasse la fondatione del detto Monastero e Convento fatta dalla Regina sua Madre, conforme rispose al Generale dell'Ordine oratore, che n'esploró la sua volontà, et al Ministro che in quel tempo era in questa Corte.

Supplicano per tanto gl'Oratori per l'essecutione dell'ultimo Breve di V. Santità, fin hora ritardato, e che si compiaccia d'imporre a i Scalzi perpetuo silentio, acciò habbia fine una controversia cosi lunga e di tanto dispendio e tante volte decisa dalla Sac. Congregatione, tanto piena quanto particolare.

Che il tutto etc.

Fu il rescripto: Monsig. de Vecchii ne parli.

Acta Proc. Gen. Olivae, 1671-1672, Bb. 13, fol. 55 - Arch. Ord.

## XXIX

*Carta del Príncipe de Portugal al Papa*

Ao Muito Sancto em Christo Padre e Muito Bemaventurado Senhor Papa Clemente decimo por Divina Providencia Presidente na Universal Igreja de Deos.

Muito Sancto em Christo Padre e muito Bemaventurado Senhor. O Vosso devoto e obediente filho Dom Pedro per graca de Deos Principe de Portugal e dos Algarves daquem e dallem mar, em

Africa de Guine (a) e da Conquista, Navigacão, Comercio d'Ethiopia, Arabia, Persia e da India etc: como Sucessor, Governador e Regente destos Reinos, com toda a humildade envio veiar seus sanctos pies. Muito Sancto em Christo Padre e muito Bemaventurado Senhor. A Religião dos descalssos de S. August[o] se tem dilatado tanto neste Reino, que de presente se aila com dez Conventos (1) com familia competente, e porque eu dezejo que se consiga o effeito que minha Maii, que Deos tem, tanto goverou e de que sempre mostrou ter grande gosto pella particolar devocão que tinha a esta Religião. Peco a Vossa Sanctidade seja servido ordenar por seu motu propio que d'os ditos Conventos e hum de freiras se eriga neste Reino huã Congregacão ad instar Congregationis Italiae e sogetta ao general de Sancto Augustino na mesma forma que o são os descalcos de Italia, concedendo a ditã congregacão sub Titulo Immaculatae Conceptionis todas as gracas e privilegios que gozão as mais que ha de descalcos de mesma Religiao, revogando juntamente o outro motu proprio que Vossa Sanctidade passou mal informado e de Vossa Sanctidade lhes conceder esta graca, receberei particular contentamento. Muito Sancto en Christo Padre e muito Bemaventurado senhor. Nosso Sr. por largos tempos conserve a Vossa Sanctidade em seu sancto servicio. Escrita em Lisboa a 19 de Junho de 1673. - Muito obediente filho de V. Sde. - O Principe.

## XXX

*Carta de la Princesa al mismo*

Ao muito Sancto em Christo Padre, etc.

Muito Sancto em Christo Padre e muito Bemaventurado senhor. A Vossa devota e omediente filha Maria por graca de Deos Princeza de Portugal e dos Algarves, etc. com toda a humildade envia beyar seus sanctos pees. Muito Sancto em Christo Padre e muito Bemaventurado Senhor: he supplica tão agradavel a Deos a que fas a V. Sanctidade o Principe meu Senhor, que taoben eu o quis acompanhar nella rogando a V. Sanctidade que com sua muita clemencia ampare e

(1) Véase en el fol. Notitiae Prov. Lusitaniae, AA 48, sin fol. - Arch. Ord.

defenda os descalcos de S. Agostinho neste Reyno por serem muito benemeritos de todo o favor, mandado erigir de seu motu proprio huã congregacão destos descalcos em Portugal, que sendo governados por hum Vigario geral descalco siguem sogettos ao geral de Sancto Agostinho na mesma forma que o são os de Italia, concedendolhe todas as gracas e privilegios de que gozão os maes descalcos da mesma ordem: hembrando a V. Sanctidades que será para mim esta graca hum favor muito especial. Muito Sancto em Christo Padre e muito bemaventurado Senhor Nosso Senhor por largos tempos conserve a V. Sanctidade em seu sancto servico. Escrita em Lisboa a os 24 de Junho de 673. - Muito obediente filha de Vossa Sanctidade, Maria P.

*Ibidem.*

## XXXI

*Decreto de la Sagrada Congregación*

Sacra Congregatio Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium negociis et consultationibus Episcoporum et Regularium praeposita. In causa erectionis novorum Conventuum Fratrum Eremitarum Discalceatorum Ordinis S. Augustini in Regno Lusitaniae, iussu Sanctissimi Domini Nostri denuo examinata, rationum momentis hinc inde adductis accurate perpensis, censuit Monasterium quidem a Serenissima Regina Aloysia, piae claraeque memoriae, fundatum et ad eius preces dictis Fratribus Discalceatis consessum, esse in eodem Instituto Discalceatorum conservandum et in hunc finem debere a Patre Magistro Generali Ordinis pro tempore, cui Monasterium ipsum immediate subest, alios atque alios subinde Fratres Discalceatos. quoties opus fuerit, in eo subrogari, adeo ut conveniens ibi Fratrum numerus perpetuo manuteatur. Quo vero ad erigenda in dicto Regno nova Monasteria pro dictis Fratribus Discalceatis, eadem Sacra Congregatio, persistendo in Decretis alias aeditis, censuit eiusmodi erectiones non esse concedendas. Romae 30 Septembris 1672. - F. M. Brancatius - Loco - Sigilli - C. de V. Archiep. Athen.

Imp. Romae, Ex Typographia Rev. Camerae Apostolicae - 1673 - Arch. Ord. - Hoja suelta.

## XXXII

*Lista delli Conventi degl'Agostiniani Scalzi di Portogallo e delle loro famiglie*

| | |
|---|---|
| Il Convento di Lisbona ha trenta frati e 6 conversi; di quelli 12 sono Sacerdoti e 4 Predicatori ... ... ... ... ... ... ... | 30 |
| Il Convento di Santarem ha 13 frati, delli quali 4 sono Sacerdoti, uno Predicatore e di più 3 Conversi ... ... ... ... | 13 |
| Il Convento d'Evora ha 15 frati, delli quali due sono Predicatori, uno Regente di filosofia e di più due Conversi. | 15 |
| Il Convento di Montemaggiore ha 12 frati; uno è Predicatore e di più 3 Conversi ... ... ... ... ... ... ... ... ... ... | 12 |
| Il Convento di Stremoz ha 10 frati e di più 3 Conversi. | 10 |
| Il Convento di Portallegre ha 12 frati, uno Predicatore, e di più 3 Conversi ... ... ... ... ... ... ... ... ... ... ... ... ... | 12 |
| Il Convento di Nizza (sic) ha 11 frati, un Predicatore e di più 2 Conversi ... ... ... ... ... ... ... ... ... ... ... ... ... | 11 |
| Il Convento di Momaros ha 10 frati e di più 2 Conversi. | 10 |
| Il Convento di Soncreda ha 15 frati, uno Predicatore e Regente di filosofia e di più 2 Conversi ... ... ... ... ... ... | 15 |
| Nell'Ospizio della Madonna della Neve stanno 5 frati e di più 2 Conversi ... ... ... ... ... ... ... ... ... ... ... ... ... ... | 5 |
| Nell'Ospizio della Madonna della Concezione di Ociras (?) stanno 10 frati e 3 Conversi ... ... ... ... ... ... ... ... | 10 |
| Nell'Ospizio di Mourao stanno 9 frati e tre Conversi ... | 9 |
| Nell Convento di Porto di Mos sono 12 frati e di più 4 Conversi et un Predicatore ... ... ... ... ... ... ... ... ... ... ... | 12 |

Frater Emmanuel de Conceptione

Facio dichiaratione qualmente di tutti questi Religiosi li 60 sono Sacerdoti, 40 Novizzi, gl'altri Chierici del Choro; li Conversi sono 37.

Fra Emmanuel della Concettione.

*Ibídem* - No tiene fecha esta lista. El encontrarse entre los documentos relativos al año 1673-74 y la circunstancia de coincidir el número de Conventos con el indicado en la carta del Príncipe nos inclinan a pensar que ambos documentos son contemporáneos.

## XXXIII

*Carta del Residente de Portugal a S. S. el Papa*

Beatissimo Padre - Il Residente di Portogallo, a nome del suo Regio Prencipe, rappresenta humilmente alla S. B. come havendo la pia memoria della Regina Ludovica, sua madre, fondato nella Città di Lisbona un Monastero di Monache et un Convento di frati dell'Ordine di Scalzi di S. Agostino, questo Instituto è stato cosi ben ricevuto che si sono fondati altri Conventi nella Città di Evora, Santarem, Estremoz, Moura et altri luoghi dell'istesso Regno con particolar sodisfatione de Vescovi e de Popoli, come fra gl'altri attesta Mons. Arcivescovo di Lisbona, al che essendosi opposti con falsi e mendicati pretesti gli PP. Agostiniani Calzati con estorcer alcuni decreti in contrario dalla S. Congregatione sopra Vescovi e Regolari.

Supplica per tanto humilmente la somma pietà e zelo della S. V. a nome di S. A. R. a degnarsi, previa, quatenus opus sit, revocatione de sudetti Decreti e Brevi, commetter a Mons. Nunzio Apostolico in Lisbona che, costandogli che le fondationi de Conventi suddetti siano fatte conforme i Decreti et Constitutioni Apostoliche, l'approvi e confermi erigendoli in Congregatione sotto Titolo dell'Immacolata Concettione e l'obbedienza del Prior Generale dell'Ordine di S. Agostino, con facoltà di eleggere il Vicario Generale e gl'altri Privilegii conceduti dalla S. M. di Clemente et Urbano VIII e Gregorio XV alle Congregationi d'Italia, Francia e Spagna dell' Instituto sudetto dell'Agostiniani Scalzi.

- Che il tutto etc.

Foris - Alla Santità di N. S.

Alla Congregatione de Vescovi e Regolari - Supplica Il Residente di Portogallo - Per - Servitio del Prencipe di Portogallo. - 29 Septembris 1673 - Audiatur Procurator Generalis S. Augustini.

Informe del P. Procurador General Dom. Valvasori.

Huic supplici libello, qui habetur in Reg. fol. 144 (Bb. 15, f. 144, in Arch. Ord.) respondit P. Procurator Generalis ut sequitur die 21 Octobris:

L'informatione che per ubbidire alli cenni autorevoli dell'EE. VV. io devo dare al memoriale esibito dall'Illmo. Sig. Residente di Portogallo è, ch'essendo stata più volte agitata questa Causa in Sac.

Congregatione fu risoluto con diversi decreti, che non vi era luogo per i PP. Scalzi, come apparisce dall'ingionto foglio (1). Li medesimi Decreti furono confirmati da N. S. et avvalorati con il motu proprio, come dall'annesse copie si vede. Essendo state fatte altre istanze de PP. Scalzi l'anno 1672 per la revisione della Causa, fu rimesso questo da S. B. ad una Congregatione particolare di 4 Emminentissimi, e sotto li 30 settembre del medesimo anno ne usci il Decreto, che pure si da annesso (2), che è quanto posso dire all'EE. VV. Quas Deus, etc.

Y luego añade:

Hoc negotium siluit usque ad diem 8 mensis Julii anni 1674, qua die, iussu Emmi. Dni. Cardinalis Alterii, Protectoris, fuerunt remissa ad Patrem Procuratorem Generalem quae habentur fol. 7. (Vid. núm. XXXIV.)

*Ibídem.*

## XXXIV

*Carta del Ilmo. Sr. Nuncio de Portugal al Card. Altieri*

Fu da me chiamato il P. Fr. Emanuele della Concettione, Agostiniano Scalzato e capo di questi pretesi Scalzi di Portogallo, molto ben noto a V. E., et il medesimo fu dame un giorno della passata settimana per intender quello voleva da lui, pigliando scusa della tardanza per esser stato alcun tempo in Coimbra, di dove era ritornato a causa del mio ordine. Io le dissi questo che conveniva sopra la sua dissubedienza a gl'ordini della Sede Apostolica e quanto stava male, particolarmente a un huomo del suo habito, il vivere in tal contumacia e che, sperando io si dovesse ravvedere, l'havevo fatto chiamare per ammonirlo con la carità che esso poteva conoscere usarsi seco; ma che, se havesse continuato nella sua dissubidienza, non havrei mancato di usare i termini più rigorosi. Esso mi disse, che non essendoli stati mai intimati i Brevi della Sede Apostolica, non poteva chiamarsi disubidiente, e che S. A., che si era preso per conto suo la fondatione dell'Ordine scalzo in questo Regno, haveva ordinato al

(1) Se refiere indudablemente a los Decretos de 1667, copiados en los números XII y XIII de esta colección de documentos, y de 1670, en el n.º XXIII.
(2) Vid. n.º XXIX.

suo Residente in Roma che parlasse a Sua Santità e che sperava poter'ottenere la revocatione di detti Brevi. Io le replicai che mi erano note l'ultime istanze di S. A., ma che molto era dispiaciuto a S. Santità di non poterlo compiacere e che però toccava a lui di ubbidire e che per quello riguardava l'intimatione de Brevi, havrei all'hora rimediato a questo diffetto e, chiamato un Notaro del Tribunale, gli li feci intimare. Con questo esso si dispose ad ubbidire e mi disse chè doveva fare per esseguir ciò che i Brevi commandavano. Visto io il tenore de medesimi Brevi, de quali la sostanza è che si dichiara per attentato la dismembratione di questo Convento di Lisbona dalla Religione de Calzati e la subordinatione al Vicario Generale de Scalzi di Spagna e s'interdice la nova erettione de Scalzi in questo Regno, senza parlare de già eretti, stimai in esecutione di detti Brevi dovesse il detto Padre fr. Emmanuele far'una dichiaratione con la quale si sotomettesse con questo Convento di Lisbona nuovamente all'ubidienza del Generale de Calzati e rinonciasse all'ubidienza del Vicario Generale de Scalzi di Spagna et al governo delle altre Case o Conventi che haveva già fondato in questo Regno. Fece esso per tanto questa dichiaratione e per il resto de Conventi che restano già sciolti dalla di lui superiorità, mi parve che fosse neccessario consultare la Sede Apostolica, et in tanto, perche il Popolo non ricevesse scandalo dal vedere questa gente che va in habito regolare senza governo, stimai bene di fare un Decreto, che V. E. vedrà qui aggionto. Le case che restano, oltre quella di Lisbona, sono le comprese nel congionto foglio (1), e V. E. potrà da esso vedere a quanto numero già ascendono questi Religiosi e considerare di quanto strepito riuscirà il mandarli alle case loro. Hieri fu da me il Segretario della Regina con due Padri di quelli ricevuti dopo la dismembratione, et in nome della Maestà Sua mi ricercò che rapresentassi a V. E. lo scandalo che si saria dato al Popolo in rimandar questi frati alle case loro. Io le dissi che non sapevo quello la Santa Sede havrebbe determinato di essi, ma che il più bell'essempio si potesse dare al mondo era di ubbidire a gl'ordini della Sede Apostolica, e che lo scandalo che mi si accennava non poteva esser se non quello che gli Autori chiamano scandalum pussillorum. Con questa occasione mi disse il medesimo Segretario che il Residente di costì haveva scritto al Prencipe di haver parlato

(1) Vid. n.º XXXII.

con V. E. il sabato scorso e che V. E. gl'haveva detto che mi ordinava di parlar con S. A. sopra questa materia e intender da lui i suoi sentimenti e la premura che haveva in questo negotio. Io le riposi che non havevo havuto tal ordine, si come in verità non mi è capitato, se non in genere di parlar a S. A. quando esso havesse voluto impedire l'essecutione de Brevi di Nro. Signore; et io credo certamente che se havessi parlato col Prencipe prima d'intimare il Padre i Brevi, non havrei potuto intimarli senza portare maggior amarezza a S. A. Starò hora attendendo gl'ordini di V. E. e le fo humilissima riverenza. - Di V. E. humilissimo, devotissimo et obligatissimo servitore: M. Arcivescovo di Calcedonia - Lisbona 28 Maggio 1674.

## XXXV

*Decreto del Ilmo. Sr. Nuncio de Su Santidad en Portugal contra un nuevo desacato de la autoridad pontificia cometido por el P. Manuel de la Concepción adquiriendo una nueva Casa en Lisboa después de habérsele intimado el Breve*

Marcello Durazzi, per gracia di Dio e della S. Sede Apostolica Arcivescovo di Calcedonia e Nunzio con facoltà di legato a latere in questi Regni e Dominii di Portogallo, etc.

Per quanto con Breve di motu proprio di S. Santità legitimamente intimato al Pre. Fr. Emmanuele della Concettione si ordina che il detto Padre sia subordinato al Padre Generale della Religione di S. Agostino e che non si fondino Conventi in questo Regno de frati scalzi più di quello che con autorità apostolica si eresse nel luogo di Xabregas, detto il Crello, et havendo Noi sentito che, oltre delli molti Conventi fondati avanti il di 23 di Maggio prossimo, che fu notificato da Noi il detto Breve, e de quali si stà aspettando de risolutioni dalla S. Sede Apostolica, a cui habbiamo rappresentato li Conventi fondati, ha di nuovo acquistato altra Casa in questa Città, con notorio disprezzo degl'ordini di S. Santità. Commandiamo che li frati che stanno in detta Casa si partano subito da essa sotto pena di Scommunica maggiore e ritornino alle Case dove di presente stavano, sino che sopra di esse s'intendano le resolutioni della Sede Apostolica, come si è già detto, e che nessuno altro frate hab-

bite in essa sotto la medesima pena di scommunica maggiore, sotto qualsisia pretesto, etiam di Hospizio; ma che la detta Casa resti totalmente disgombrata dalli detti frati. Volendo che questo nostro ordine, affisso alle porte della detta Casa, s'intenda legitimamente intimato alli medesimi frati, e tutto ciò senza pregiuditio delle pene incorse dal detto fr. Emmanuele, contro il quale ordiniami si proceda conforme sarà di giure. Dat. in questa Corte e Città di Lisbona alli 18 di Agosto del 1674. Francesco Maria Lamparelli, publico Notaro Apostolico et Scrivano della Legatione, lo scrisse. - M. Arcivesvo di Calcedonia - Luogo - del Segillo.

*Ibídem* - Copia.

## XXXVI

*Carta del Nuncio al Emo. Sr. Cardenal ¿Altieri?*

Emmo. e Rmo. Sigre. Padrone Colendissimo.

Questi PP. Agostiniani Scalzi, vedendosi da me già ridotti alla necessità di ubidire a gl'ordini della Sede Apostolica, hanno cercato tutte le vie di ottenere per mezzo della protezzione del Sig. Prencipe qualche gracia dalla medesima Sede Apostólica, e S. A. havendo fatto consultare il negozio nel Consiglio di Stato, ha risoluto di pregare S. S. che si contenti che questi PP. possino havere in questo Regno diezi Case in tutto, non compresa quella delle Monache, le quali non passino di quindici sogetti per Casa, a riserva di quella di Xabregas vicina al Convento delle Monache, che possa tenere sino a 20. Sogetti, et haveva preso risoluzione di farmi sapere questo suo desiderio perche l'accompagnassi con le mie rappresentazioni. Ma è occorso tale accidente che ben può mostrare quale sii il rispetto di S. A. verso la Santa Sede a la sua clemenza verso la mie persona.

Ultimamente questi PP. dell'Oratorio di S. Filippo sono passati ad una nuova Casa e Chiesa, che hanno fabricato con sufficiente magnificenza, et hanno lasciato il vecchio Hospizio, posto in un luogo chiamato la fanga della farina, poco discosto da questa mia Casa, dove habito. In quest'Hospizio erano entrati alcuni di questi PP. Agostiniani Scalzi con pretesto che servisse di ricovero a quei PP. che dal Convento di Xabregas venissero alla Città per loro ne-

gozii. Ma perche quest'Hospizio ha chiesa nella strada et io fui avvisato che erano entrati in esso e che vi si celebrava Messa, subito che fu a mia notizia, che fu hieri mattina, verso il mezzogiorno mandai un ordine sotto pena di Scommunica del tenore dell'incluso foglio, perche ne sortissero incontinente, e feci affigere alla porta della Chiesa il detto mio ordine, acciò restasse piu palese l'essercizio della mia autorità. Subito vennero da me alcuni PP. ma non volsi sentirli che non havessero ubidito, e poi ricorsero alcuni de Vicini a pregarmi di lasciarli stare, che avolti con cortesia, ma rimandatili contenti delle forme tenute con essi, si partirono senz'ottenere cosa alcuna da me; si ritirorono poi li detti PP. conforme al mio ordine. Ma sono ricorsi dal Sig. Prencipe, perche si contentasse d'intercederli da me, o di poter tenere quell Hospizio, etiam con porta chiusa, o almeno che non le facesse danno l'haver occupato quel posto, nel che essi non s'imaginavano di disubidire a Brevi di S. S.

Ha dunque S. A. mandato questa mattina da me il Segretario di Stato a significarmi primieramente quello che haveva deliberato col parere del Consiglio di Stato, di che farà costi le sue parti il Residente, e poi mi ha ricercato del primo ponto, se io havessi voluto acconsentire che i detti PP. potessero, saltem a porte chiuse, tenere detto Hospizio; et havendogli io detto tutto quello si doveva per mostrarli l'improprietà della richiesta di detti PP., l'ho infine pregato che mi vogli far haver udienza da S. A. medesima per dirle tutto ciò che doveva in questa materia, e supplicarla a pigliare sotto la sua protezione il rispetto che si doveva alla Sede Apostolica da questi Religiosi contumaci. Il Segretario di Stato è partito e d'indi a un hora è ritornato un'altra volta a dirmi che S. A., resta molto ben persuasa della ragione che ho havuto di casciare i detti (PP.) dal nuovo Hospizio e che lui non è per porre impedimento all'essercizio della mia autorità, ma che sempre sarà in suo agiuto. Che però operi circa l'Hospizio di questi PP. quello stimerò di ragione, e che l'udienza me la daria quando la volessi, e che mi vedrà sempre volontieri e che oggi non mi diceva che andassi perche era giorno di Corriere, ma che per uno di questi giorni mi farebbe avvisato e solo desiderava da me che quest'accidente non facesse danno a questi PP. e che io protegessi l'instanza che faceva fare per mezzo del suo Residente. Nella quale, mi faceva sapere, che si bene desiderava sommamente, inculcando quel sommamente, più volte, che

restasse in questo Regno l'Instituto sudetto, che quasi (sic) conveniva per misericordia di molti poveri innocenti che havevano preso quest'habito sostenerlo, e ciò per sodisfare alla pia intentione della Regina sua Madre, della di cui volontà haveva saputo poi più di quello che havea saputo a principio. Che ad ogni modo si protestava meco che, si come in tutte l'altre cose che concernevano lo spirituale saria stato ubidiente alla Chiesa, cosi lo saria stato in questo negozio, nel quale mi haverebbe lasciato esseguire tutti gl'ordini che mi venissero di Roma, e che me lo faceva sapere perche io lo scrivessi acciò si sapesse che le sue istanze erano di figlio ubidiente. In sentire tutte queste proteste non ho potuto contenermi di lagrimare d'allegrezza in vedere la grande pietà di questo Sig. Prencipe, mai più tanto ben conosciuta come adesso, et ho risposto al Segretario di Stato che dell'accidente occorso non potevo io mancare di darne conto per obligo del mio offizio, ma che la forma con la quale S. A. parlava mi obligava a supplicare N. S. e V. E. che non lo tenessero in alcun conto, e che per il resto più saria valso presso di Sua Beatitudine un solo motivo di S. A. che qualsivoglia mia interposizione. Ad ogni modo, per corrispondere ad un atto tanto obligante di S. A., mi pare di essere in obligo di supplicare V. E. per quanto posso valere ad intercedere da N. S. che si degni consolare l'Istanze di S. A., con che però non possino i detti PP. haver Hospizio ne Casa in Lisbona, se non con licenza espressa del Nunzio, e mi pare che S. A. possi meritare qualche gratia in questi termini, che tutto il mondo vede che campeggia l'autorità della Sede Apostolica; ne i PP. Agostiniani Calzati meritano si habbia con loro alcun riguardo, perche in questo negozio non mi hanno agiutato punto e mi è convenuto di far tutto ex officio. Oltre che questi Ministri pare che restino persausi che S. A. possi meritare questa gratia con la considerazione che l'estensione delle religioni sii vantaggiosa per la Sede Apostolica e solo pergiudiziale al Prencipe laico, e che, quando non ottenga questa, resti poco che sperare nelle materie più gravi, et alle volte le vanno dicendo e pensano che solo con la Corona di Portogallo si difficulti e con gl'altri si slargheggi, e che di ciò ne sii la causa, perche sono più certi dell' ubidienza di questo Prencipe che de gl'altri, et a V. E. fo humilissima riverenza. Lisbona 20 Agosto 1674. - Di V. E. humilissimo,

divotissimo et obligatissimo Servitore: M. Arcivescovo di Calcedonia.

*Ibídem* - Copia.

## XXXVII

*Decreto de la Sagrada Congregación* - 7-XII-1674

Beatissime Pater - Cum alias clarae memoriae Aloysia Maria, Portugalliae et Algarbiorum Regina, propter eximiam illius pietatem et singularem devotionem erga Ordinem S. Augustini, Monasterium Sanctimonialium eiusdem Ordinis Discalceatorum in Villa de Xabregas, prope et extra muros Civitatis Ulysiponensis, inter quas ipsamet Regina reliquos vitae suae dies in pace disposuit, regia liberalitate fundasset: cupiens Conventum fratrum Discalceatorum, qui eiusdem Monasterii ac Monialium directioni et gubernio incumberent, pariter erigere ac fundare, licentiam desuper necessariam a tunc existente Priore Generali Ordinis S. Augustini obtinuit, qui certum, determinatum Religiosorum numerum in eo admittendorum praefixit, ipsumque Conventum a superioritate Provincialis et aliorum Praelatorum Provinciae Portugalliae exemit et suae ac futurorum pro tempore Priorum Generalium jurisdictioni immediate subjecit, prout in litteris eiusdem Patris Generalis desuper emanatis latius continetur. Cumque, temporis decursu, crescente semper magis in dies erga ipsum Ordinem Discalceatorum Populi devotione, quamplurimi, huius religiosae vitae affectu accenssi, ad habitum admitti desiderarent; Fratres Discalceati supplices petierunt a sanctae memoriae Alexandro VII ut gratiam et licentiam numerum religiosorum augendi novasque domos regulares in dicto Regno fundandi concedere dignaretur. Quam tamen gratiam idem Pontifex, eiusque successor Clemens IX, cui eaedem preces oblatae fuerunt, concedere renuerunt. Quinino, cum iidem fratres Discalceati, de facto et propria auctoritate, nonnullos Novitios ultra numerum praefixum ad habitum admittere, novos Conventus in variis Regni partibus erigere et, subsequenter, eos Congreationi Discalceatorum Hispaniae unire praesumpserint, delatis ex parte fratrum Calceatorum eiusdem Regni Portugalliae ad SSmum. Dominum nostrum quaerimoniis, iisque in Congregatione a Sanc-

titate Sua specialiter deputata examinatis, eadem Congregatio censuit revocanda esse praedicta attantata, nullum jus competere fratribus excalceatis Hispaniae super illo Monasterio Ulysiponae erecto pro cura Monialium, neque locum esse dismembrationi a Religione, neque esse locum erectioni novorum Conventuum Fratrum Discalceatorum Ordinis S. Augustini in Regno Lusitaniae, ac propterea illos erigi ac fundari prohibendum, prout eiusdem decreti tenore prohibuit. Quod quidem Decretum, ut eo firmius subsisteret, per litteras apostolicas Breves motu proprio Sanctitatis Suae confirmatum, ipsisque fratribus Excalceatis perpetuum impositum fuit silentium, prout itidem in ipsis litteris Apostolicis sub data 28 januarii et 27 februarii 1671 expresse et latius continetur. Stantibus, igitur, praemissis, cum praefati Religiosi Discalceati, ea qua par est promptitudine, Apostolicis mandatis obtemperare et Conventus iam erectos dimittere nollent, Serenissimus Princeps, Regni Portugalliae Gubernator, memoratae Aloysiae Reginae, eius Matris, pietatem imitari, Populorumque suorum spirituali consolationi consulere cupiens, SSmum. Dominum nostrum item adivit, exponensque praefatos Religiosos sedulo in vinea Domini laborare, animarum salutem exemplo et doctrina procurantes, uberrimosque in dies fructus ex eorum propagatione, benedicente Domino, sperari posse, supplex instetit ut specialem favorem et gratiam ei faciendo, praevia praemissorum revocatione, infrascriptos decem Conventus iam erectos, supellectibus sacris et prophanis, redditibusque ad victum necessariis sufficienter instructos atque dotatos, nempe Conventum SSmae. Conceptionis in praedicta Valle de Xabregas, extra muros praedictae Civitatis Ulysiponensis, Bmae. Virginis Assumptionis in Caparica, Pietatis in Santarem, SSmae. Conceptionis in Montimoro novo, Mercedis in Civitate Elborae, S. Mariae Consolationis in Extremoz, S. Mariae Portalegre, S. Mariae de Orada in Moncaras, Boni Jesus in Porto de Mos et Hospitii in dicta Civitate Ulysiponae, in contrada ubi dicitur Fangas de Farinha, approbare et confirmare, eosque in Congregationem sub titulo SSmae. Conceptionis Regni Portugalliae, per Vicarium Generalem quolibet sexennio eligendum et pro hac prima vice tantum a P. Generali Ordinis deputandum, salva semper in omnibus eiusdem P. Generalis auctoritate et superioritate, iuxta dispositionem Constitutionum Ordinis Discalceatorum a S. Sede approbatarum, quas Constitutiones ipsi etiam fideliter in omnibus et per omnia

observabunt, unire et aggregare, communicationemque privilegiorum concedere de benignitate Apostolica dignaretur. Cumque Sanctitas Sua dicti Sermi. Principis oblatas preces ad Sacram Congregationem Emorum. S. R. E. Cardinalium negotiis et consultationibus Episcoporum et Regularium praepositam cum aperitione oris benigne remiserit examinandas.

Eadem Sacra Congregatio, audita relatione Nuncii Apostolici in Lusitania residentis, necnon P. Procuratoris Generalis Ordinis S. Augustini, referente Emmo. Cybo, reque mature discussa, censuit, si SSmo. Domino nostro placuerit, piis dicti Sermi. Principis votis annui posse et per litteras Apostolicas Breves itidem motu proprio fundationem praedictorum decem Conventuum, approbationem et confirmationem necnon Congregationis sub praefato titulo SSmae. Conceptionis Regni Portugalliae erectionem, Vicarii Generalis electionem quolibet sexennio et pro hac prima vice tantum a P. Generali faciendam, ac denique privilegiorum communicationem iuxta petita posse indulgeri. Ita tamen ut illi Religiosi, qui in memoratis Conventibus sic erectis nulliter professi dignoscuntur, admoniti de nullitate eorum professionis, denuo eam in manibus Superioris localis solemniter emittant, retento tamen iure praecedentiae a die admissionis ad habitum. Recusantes vero, libere ad saeculum redire possint, si ad Sacros Ordines non fuerint promoti; sin minus, a vinculo Religionis absoluti in saeculo remaneant cum suspensione ab eorundem Ordinum exercitio, donec de legitimo patrimonio sive beneficio ecclesiastico ad eorum congruam substentationem sufficienti esse provisos coram suis Ordinariis constare fecerint. Quodque in memorato Conventu de Xabregas numerus fratrum viginti, in reliquis vero quindecim non excedat, idemque Conventus statuta et constitutiones Discalceatorum Ordinis S. Augustini a Sede approbatas observare teneantur, firma in omnibus remanente auctoritate et superioritate, quam Priores Generales Ordinis super huiusmodi Congregationem Discalceatorum obtinent. Non obstantibus praefatis Decretis ac Motu proprio, aliisque contrariis quibuscumque. - Romae hac die 7 decembris 1674.

Arch. Vatican. - Nunziatura di Portogallo, Vol. 29, fol. 464-465. Copia.

(Todo este preámbulo fue reproducido íntegramente después en el Breve de aprobación, etc. No es de maravillar, por tanto, que

ambos documentos coincidan en atribuir a los Religiosos de Portugal una intervención directa en este negocio, que realmente no tuvieron, ni podían tener. Jamás ellos formularon quejas ante la Congregación ni ante el Papa; las formuló siempre el Procurador General.)

## XXXVIII

*Instancia del P. Manuel de la Madre de Dios, Procurador de los Descalzos, a la S. Congregación e informe del Rmo. P. Procurador de la Orden*

Ad Sacram Congregationem Episcoporum et Regularium.

Emmi. et Rmi. Dni. - Frater Emmanuel a Matre Dei, Procurator Generalis Congregationis Scalciatorum Augustinensium Regni Portugalliae, existens modo in Conventu Jesu Mariae (1) in Via Cursi, humiliter petit innovari nihil in Causa ipsorum Scalciatorum cum Conventualibus, nec differatur petitioni alicuius Religiosi eiusdem Congregationis, nisi prius audito eodem Patre Procuratore. Quos Deus, etc.

Cui fuit rescriptum a supradicta Sac. Congregatione: "Pri. Procuratori Generali Ordinis pro informatione."

Qui (Procurator Generalis), die 22 Septembris (1674) informavit ut sequitur.

Quae paucis exponit Orator, digna sunt magna animādversiōne. Nam personam sibi assumit Procuratoris Generalis, vocatque aggregatum illud hominum, qui in Regno Portugalliae adinveniri perhibentur, Congregationem Discalciatorum Augustinianorum, quod Apostolicis Constitutionibus omnino repugnat, petitque humiliter nihil innovari in Causa, ut praetensam Congregationem silentio tueatur. Quae subdit ne differatur petitioni alicuius Religiosi, non spectat ad Procuratorem Generalis totius Ordinis, qui humiliter instat ut EE. VV. dignentur opportunum aptare remedium. Deus, etc. - Fr. Dominicus Valvasorius, Procurator Glis. Ord. Er. S. Augustini.

Regest. Rmi. Valvasoris - 1673-1675 - Bb. 15, pág. 398 - Arch. Ord.

---

(1) Convento principal de los Agustinos Descalzos de Italia.

## XXXIX

*Memorial del Rmo. P. Procurador General a la S. Congregación contra el P. Manuel de la Madre de Dios*

Exhib. die 23 Septembris 74 (a la cabeza).

Alla Sac. Congregatione de Vescovi e Regolari.

Emmi. e Rmi. Signori - Rappresenta humilmente all'EE. VV. il Procuratore Generale dell'Ordine di S. Agostino come è comparso in questa Città un tale Emmanuele della Madre di Dio e questo si assume il titolo di Procuratore Generale della Congregatione de Scalzi Agostiniani nel Regno di Portogallo, il che non meno è di pregiudizio alla Religione Agostiniana che d'irreverenza alla Sede Apostolica perche con due Brevi ha confermato i Decreti più volte emanati da questa Sac. Congregatione contro simili attentati. Di più, il medesimo Oratore notifica all'EE. VV. come non ostante l'intimatione delli prefati Decreti e Brevi Apostolici fatta da Mons. Nuntio in Lisbona alli pretesi Congregati Scalzi di Portogallo, come è ben noto all'istesso Emmanuele, quale perciò ad oggetto d'opporsegli è venuto in Roma, ha havuto ardire in questi giorni di dar l'habito di Religioso Scalzo in forma di Converso ad un Giovane Portughese e seco se lo conduce per la Città. Potendo dunque quest'insolita animosità essere di molto pregiuditio alle ragioni della Religione, come è d'irreverenza alla Sac. Congregatione.

Supplica humilmente l'EE. VV. dell'opportuno rimedio. Che della gratia etc. Deus etc.

*Ibídem,* pág. 400.

## XL

*Memorial del Rmo. P. Procurador General a la S. Congregación pidiendo prórroga de tiempo para informar*

(Reg. adi 5 Dizembre 1674.)

Alla S. Congrgatione de Vescovi e Regolari.

Emmi. e Rmi. Signore - Il Procuratore Generale di tutto l'Ordine Eremitano di S. Agostino, havendo havuto notizia dell'istanza che fanno i Sermi. Prencipi di Portogallo acciò si propaghi in quel

Regno loro sino al numero di dieci Conventi, con la determinata quantità de Religiosi che vi si doveranno mantenere, l'Istituto delli Reformati Scalzi del suo Ordien, che par servitio unicamente delle Monache Agostiniane fondate l'anno 1663 fuori di Lisbona dalla Regina Lodovica di fel. mem. furono richiesti al suo P. Generale, con obligo che stessero totalmente subordinati alla di dui giurisditione, atteso che permise che potessero andare scalzi per il tempo che attualmente servissero le prefate Monache per conformarsi alla loro osservanza.

Supplica per tanto humilmente l'EE. VV. a degnarsi di concederli tanto tempo sin che venga la risposta del suo P. Generale, al quale l'Oratore scrisse diffusamente sopra di questa materia in Genova il primo del corrente. Che della gratia etc.

*Ibídem*, pág. 444.

De esta carta del Rmo. Valvasori no se encuentra rastro en el Regesto del General Oliva ni se ve en él que la haya contestado. Durante su visita a las Provincias del Norte de Italia varias veces alude a las cartas recibidas y contestadas. Jamás nombra ninguna recibida del Procurador ni a él dirigida. De correspondencia con Cardenales sí que habla muchas veces, singularmente con el Cardenal Altieri, Protector de la Orden, pero sin hacer nunca referencia a su contenido.

Vuelto a Roma en 19 de marzo de 1675, el día 21 visita al Cardenal Altieri y el 20 de abril (Reg. Dd. Ill., fol. 281) escribe:

"Pro fundatione novae Congregationis Discalceatorum in Lusitania, post varias Controversias, fuit expedita Provisio tenoris sequentis, videlicet:

## XLI

*Memorial y propuesta de D. Tomás de Vega, Procurador de los Descalzos en Roma, para el nombramiento de Vicario General y Definitorio*

Romae, 20 aprilis 1675 - Pro constituendo autem Definitorio sequentem accepimus supplicem libellum cum alligatis litteris Eximii Dni. D. Antonii (*sic*) de Vega praefato, novae Congregationis

Patrum Discalceatorum Portugalliae Procuratorem (*Procuratoris*) in Urbe et Curia Romana.

Rmo. Pre. - D. Tomaso de Vega, Procuratore della Congregatione de Scalzi nuovamente istituita in Portogallo dell'Ordine di S. Agostino, in nome suo et in nome del P. Fr. Emmanuele della Concettione e degli altri Religiosi della prefata nuova Congregatione, divotamente rappresenta a V. P. Rma. come nel Breve della Santità di N. S. emanato li 8 (*Febraio*) del corrente anno 1675 a favore degli Oratori, si da piena autorità a V. P. Rma. di fare assolutamente nuovo Vicario, e perche la Congregatione di Portogallo è istituita ad formam et tenorem di quella d'Italia, nella quale, oltre al Vicario, si eleggono quattro Definitori e doi Visitatori. Supplica per tanto humilmente V. P. Rma. a volersi degnare di deputare unitamente con il Vicario, gli Definitori e Visitatori, eleggendo quelli Sogetti che l'infallibile prudenza di V. P. Rma. giudicarà più habili a sostenere simili officii et a fare il servigio della Congregatione, Che il tutto riceverà a somma gratia, etc. - D. Thomas de Vega.

Rmo. Pre. et Padrone mio osservantissimo - Sarà con questa la nota delli Religiosi benemeriti, i quali il nostro Rmo. Padre Generale potrà nominare conforme al Breve e Moto proprio di N. Sre. auctoritate Apostolica ad Sexennium, pro hac vice tantum, rimettendomi alla benignità di V. P. Rma., che con tanta getilezza mi ha favorito in questa occasione, Supplica di nuevo perfettionar questa gratia per rendermele sempre obligato.

Il P. M. Fra. Emmanuele de Conceptione, Vicario Generale.

Fra. Sebastiano della Croce, 1° Definitore.

Fra. Vincenzo di S. Giuseppe, 2° Definitore.

Fra. Andrea de Conceptione, 3° Definitore.

Fra. Antonio del Sacramento, 4° Definitore.

Per gli altri offitiali li darà il nostro Pre. Rmo. la facoltà necessaria come V. P. Rma. saprà meglio di me, e potendosi havere questa speditione per sabbato riceverò gratia singolare, con che di nuovo mi ratifico, de V. P. Rma. obbedientissimo servitore - D. Thomaso de Vega.

*Ibídem,* fol. 285-v - 286. - Copia - Sin fecha.

## XLII

*Decreto del Rmo. P. General para la fundación de la Congregación de Agustinos Descalzos de Portugal*

Mag. Fr. Nicolaus Oliva, etc.

Clementissimae SS. D. N. Clementis Papae X feliciter sedentis sedulitati placuit novam in Portugalliae Regno Congregationem PP. Discalceatorum nostri Augustinensis Ordinis erigere et instituere sequenti Apostolico suo Brevi, videlicet:

CLEMENS PP. X

Ad perpetuam rei memoriam

Sollicitudo Pastoralis officii, quo Ecclesiae Catholicae regimini Divina dispositione praesidemus, nos admonet ut paternam Religiosorum Virorum Altissimi obsequiis sub arctioris vitae Instituto mancipatorum curam gerentes, felici illorum statui ac progressui et Religionis incremento, quantum Nobis ex alto conceditur, prospicere iugiter studeamus.. Innotuit siquidem Nobis quod dudum clar. mem. Aloysia Maria, dum vixit Portugalliae et Algarbiorum Regina illustris, pro sua eximia pietate et singulari erga Ordinem S. Augustini devotione, monasterium Monialium Discalceatarum eiusdem Ordinis in Valle de Xabregas, prope et extra muros Civitatis Ulixbonensis, regia liberalitate fundavit, ipsaque Aloysia Maria Regina inter easdem Moniales reliquos vitae suae dies in pace disposuit, et cupiens Conventum fratrum Discalceatorum Ordinis Eremitarum S. Augustini, qui dictorum Monasterii et Monialium directioni et gubernio incumberent, pariter fundare atque erigere, Licentiam desuper necessariam obtinuit a tunc existente Priore Generali dicti Ordinis, qui certum, determinatum numerum Religiosorum in eo admittendorum praefixit, ipsumque Conventum a Superioritate Prioris Provincialis et aliorum Praelatorum Provinciae Portugalliae Ordinis huiusmodi exemit ac illum suae et futurorum pro tempore Priorum Generalium eiusdem Ordinis iurisdictioni immediate subiecit, prout in Litteris eiusdem Prioris Generalis desuper emanatis latius continetur.

Cumque temporis decursu crescente semper magis in dies erga Religionem fratrum Discalceatorum huiusmodi Populi devotione, quam-

plurimi eorum religiosae vitae amore accensi, ad habitum inter ipsos admitti desiderarent, iidem Fratres Discalceati supplices petierunt a fel. rec. Alexandro Papa VII, praedecessore nostro, ut gratiam et licentiam numerum Religiosorum augendi, novasque domos regulares in Regno Portugalliae fundandi concedere dignaretur; verum, tam idem Alexander praedecessor quam eius successor rec. me. Clemens Papa IX, etiam praedecssor noster, cui eaedem preces oblatae fuerant, eiusmodi gratiam concedere renuerunt; quinimo, cum dicti Fratres Discalceati de facto et propria auctoritate nonnullos Novitios, ultra numerum praefixum, ad habitum admittere, novos Conventus in variis dicti Regni partibus erigere, et subsequenter eos Congregationi Fratrum Discalciatorum Hispaniae, dicti Ordinis, unire praesumpsissent, delatis ex parte Fratrum Calceatorum eiusdem Ordinis in praefato Regno degentium ad Nos hac super re quaerimoniis, illisque in Congregatione a Nobis specialiter deputata examinatis, eadem Congregatio censuit revocanda eses attentata praedicta nec ullum Jus competere Fratribus Excalceatis Hispaniae super dicto Monasterio Ulixbonae erecto pro cura Monialium, neque esse locum dismembrationi a Religione, et subinde pariter censuit non esse locum erectioni novorum Conventuum Fratrum Discalceatorum Ordinis S. Augustini in Regno Lusitaniae; ac propterea illos erigi aut fundari prohibuit, et praedictis Fratribus Excalceatis circa controversiam huiusmodi perpetuum silentium imposuit. Nos, vero, postmodum, non solum Decreta particularis Congregationis huiusmodi, ut praefertur emanata, confirmavimus; sed etiam omnia et singula quae in eisdem Decretis continentur, Motu proprio, decrevimus pariter et ordinavimus, cum simili perpetui silentii impositione et alias, prout in binis nostris desuper in simili forma Brevis die 28 Januarii et die 27 Februarii 1671 expeditis Litteris, quarum tenores praesentibus pro plene et sufficienter expresis ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, uberius continetur. Verum, cum praefati Fratres Discalceati ea qua par est promptitudine Apostolicis mandatis obtemperare et Conventus iam erectos dimittere vellent, dilectissimus in Christo filius noster Petrus, Princeps, eorundem Portugalliae et Algarbiorum Regnorum Gubernator, memoratae Aloysiae Mariae Reginae, genitricis suae, pietatem imitari, populorumque suorum spirituali consolationi consulere cupiens, Nobis exposuit eosdem Religiosos in vinea Domini sedulo laborare et animarum salutem exemplo et doctrina

procurare, uberrimosque in dies fructus ex eorum propagatione, benedicente Domino, sperari posse, ac proinde supplex a Nobis petiit, ut praemissa revocare ac infrascriptos decem Conventus eorundem Fratrum Discalceatorum iam erectos ac suppellectilibus sacris et prophanis, redditibusque ad victum necessariis sufficienter instructos atque dotatos, nempe: Conventus Conceptionis B. Mariae Virginis Immaculatae in praedicta Valle de Xabregas prope et extra muros supradictae Civitatis Ulixbonensis, Assumptionis eiusdem B. Mariae Virginis in Caparica, Pietatis in Sanctarem, eiusdem Conceptionis in Monte Moronovo, Mercedis in Civitate Elborensi, S. Mariae Consolationis in Extremos (*sic*), S. Mariae Portalegrensis, S. Mariae in Oradá in Moncaras, Boni Jesu in Porto de Mos et Hospitii in dicta Civitate Ulixbonensi, in Regione seu Contrata ubi dicitur Frangas de Farinha approbare et confirmare, eosque in novam Congregationem erigere de benignitate Apostolica dignaremur. Quare Nos, pro peculiari paternae nostrae erga eundem Petrum Principem Gubernatorem charitatis affectu, porrectas eius nomine Nobis preces per Congregationem Ven. Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negociis et consultationibus Episcoporum et Regularium praepositam diligenter perpendi, matureque examinari mandavimus; ipsi vero Cardinales, audita relatione Ven. fris. nostri Marcelli, Archiepiscopi Chalcedonensis, nostri et Apostolicae Sedis in Regnis praedictis Nuntii, ac audito quoque dilecto filio Procuratore Generali dicti Ordinis, reque mature examinata, piis dicti Petri Principis Gubernatoris votis in hac re benigne annui posse censuerunt. Itaque, praefatorum Conventuum ac fratrum in eis degentium statui, prosperoque regimini et incremento, quantum cum Domino possumus, providere cupientes ac eorundem Fratrum singulares personas a qubusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti, allisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes et absolutas fore censentes, de eorundem Cardinalium consilio ac motu proprio et ex certa scientia ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicae potestatis plenitudine, erectiones et fundationes praedictorum decem Conventuum tenore praesentium perpetuo confirmamus et approbamus, illisque inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adjicimus ac omnes et singulos juris ac facti deffectus, qui propter praemissa de-

super quovis modo intervenerunt, seu alias quomodolibet intervenisse dici, censeri vel praetendi possent, supplemus et sanamus.

Praeterea, eosdem decem Conventus in novam Congregationem Fratrum Discalceatorum dicti Ordinis Eremitarum S. Augustini, quae Congregatio Conceptionis B. M. V. Immaculatae Regni Portugalliae nuncupari ac ab uno Vicario Generali, capitulariter et canonice de sexennio in sexennium eligendo, regi et gubernari, necnon Statuta et Constitutiones Congregationis Italiae Fratrum Discalceatorum eiusdem Ordinis, ab hac S. Sede approbatas, observare debeat et teneatur firma tamen in omnibus permanente auctoritate et superioritate quam Priores Generales dicti Ordinis super alias huiusmodi Congregationes Fratrum Discalceatorum obtinent, ac ea lege, ut dilectus filius modernus Prior Generalis eiusdem Ordinis, pro hac prima vice tantum, Vicarium generalem novae Congregationis huiusmodi ad Sexennium auctoritate nostra Apostolica deputare debeat, quam ad rem opportunam ei harum serie tribuimus facultatem, motu, scientia, deliberatione et potestatis plenitudine paribus itidem perpetuo erigimus et intsituimus. Ita, tamen, ut illi Religiosi qui in memoratis Conventibus sic erectis nulliter professi dignoscuntur, admoniti de nullitate eorum professionis, denuo eam in manibus Superioris localis, etiam nullo alio Novitiatu peracto, quatenus annum novitiatus alias peregisse reperiantur, solemniter emittant, retento tamen jure praecedentiae a die admissionis ad habitum; recusantes, vero, libere ad soeculum redire possint, si ad Sacros Ordines non fuerint promoti, sin minus a vinculo religionis absoluti in soeculo remaneant cum suspensione ab eorumdem Ordinum exercitio, donec de legitimo patrimonio sive beneficio ecclesiastico ad eorum congruam sustentationem sufficienti se esse provisos coram suis Ordinariis constare fecerint.

Volentes et motu simili statuentes, ut in memorato Conventu de Xabregas numerus fratrum viginti, in reliquis vero Conventibus praedictis 15, non excedat, iidemque Conventus praefata Statuta et Constitutiones Congregationis Fratrum Discalceatorum Italiae observare teneantur. Demum, eidem novae Congregationi, sicut praemittitur a Nobis erectae et institutae, illiusque Conventibus ac Superioribus, fratribus et personis quibuscunque ac ipsorum Conventuum et Congregationis ecclesiis, ut omnibus et singulis privilegiis praeeminentiis, praerogativis, honoribus, iuribus, indultis et gratiis,

tam spiritualibus quam temporalibus, quibus praefata Congregatio Fratrum Discalceatorum Italiae, illiusque Conventus, ecclesiae, superiores, fratres et personae, tam de jure, usu et consuetudine quam ex concessione Sedis Apostolicae et alias quomodolibet, utuntur, fruuntur et gaudent, ac uti, frui et gaudere possunt et poterunt in futurum pari modo et absque ulla prorsus differentia, uti, frui et gaudre libere et licite possint et valeant, motu, scientia, deliberatione et potestatis plenitudine ac tenore praefatis, concedimus et indulgemus. Decernentes easdem praesentes Litteras et in eis contenta quaecunque etiam ex eo quod quilibet in praemissis interesse habentes seu habere quomodolibet praetendentes, etiam cuiusvis status, gradus, ordinis, praeeminentiae et dignitatis aut alias specifica et individua mentione et expressione digni, illis non consenserint nec, ad ea vocati, citati et auditi, neque Causae, propter quas praesentes emanarint, adductae, verificatae vel iustificatae fuerint, aut ex alia quacunque, etiam in Corpore Juris clauso nullo unquam tempore de subreptionis vel obreptionis aut nullitatis vitio seu intentionis nostrae aut interesse habentium consensus, aliove quolibet et quantumvis magno, etiam substantiali, ac individuam expressionem requirente defectu notari, impugnari, redargui, infringi, retractari, ad viam seu terminos Juris reduci aut in controversiam vocari seu adversus illas aperitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcunque Juris, facti vel gratiae remedium intentari vel impetrari, seu impetrato, etiam motu, scientia et potestatis plenitudine paribus concesso vel emanato, quempiam in iudicio vel extra illud, uti seu se iuvare posse; sed ipsas praesentes Litteras semper firmas, validas et efficaces existere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, ac illis, ad quos spectat et quandocunque spectabit in futurum, in omnibus et per omnia plenissime suffragari et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscunque Judices ordinarios et delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores ac S. R. E. praefatae Cardinales, etiam de Latere Legatos et dictae Sedis Nuntios, aliosve quoslibet quacunque praeeminentia et potestate fungentes et functuros, sublata eis et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi et interpretandi facultate et auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari. Quorcirca memorato Marcello Episcopo, moderno et pro tempore existenti nostro et Sedis praefatae in dictis Regnis Nuncio, ac Ven. etiam Fri. Ar-

chiepiscopo Ulixbonensi per praesentes, motu pari, committimus et mandamus, quatenus ipsi vel alter eorum praesentes Litteras et in eis contenta quaecunque, ubi et quando opus fuerit, et quoties pro parte novae Congregationis eiusque Superiorum et fratrum, seu alicuius eorum, fuerint requisiti, per se vel per alium seu alios solemniter publicantes, illisque in praemissis efficacis defensionis praesidio assistentes, faciant auctoritate nostra illos praesentium Litterarum et in eis contentorum huiusmodi commodo et effectu pacifice frui et gaudere, non permittentes illos desuper a quoquam quavis auctoritate quomodolibet indebite molestari, perturbari vel inquietari; Contradictores quoslibet et rebelles per sententias, censuras et poenas ecclesiasticas, aliaque opportuna juris et facti remedia, appellatione postposita, compescendo, legitimisque super his habendo servatis processibus, censuras et poenas ipsas, etiam iteratis vicibus, aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii soecularis. Non obstantibus Decretis et Litteris nostris, aliisque praemissis ac piae memoriae Bonifacii Papae VIII, praedecessoris nostri de una et Concilii Generalis de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate praesentium in iudicium non trahatur, aliisque Apostolicis ac in universalibus, provincialibusque et synodalibus Conciliis editis generalibus vel specialibus Constitutionibus et Ordinationibus, nec non dicti Ordinis aliisve quibusvis, etiam Juramento, confirmatione Apostolica vel quavis firmitate alia roboratis Statutis et consuetudinibus, etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, indultis et Litteris Apostolicis, etiam dicto Ordini, eiusque Superioribus ac fratribus et aliis personis ac locis quibuslibet, sub quibuscunque verborum tenoribus et formis ac cum quibusvis, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis et insolitis clausulis, irritantibusque et aliis decretis in genere vel specie, ac alias in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis et innovatis. Quibus omnibus et singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica et expressa ac individua et de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio seu quevis alia expressio habenda aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores huiusmodi ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata exprimerentur et insererentur, praesentibus pro plene et sufficienter expressis et inser-

tis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, coeterisque contrariis quibuscunque. Volumus autem ut earundem praesentium Litterarum transumptis seu exemplis, etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides ubique habeatur, quae haberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae vel ostensae. Dat. Romae, apud S. Mariam Maiorem, sub Annulo Piscatoris, die 8ª Februarii 1675, Pontus. nri. Anno Quinto - Loco † Annuli Piscatoris - J. G. Slusius.

Cum, vero, idem B. D. N. Clemens Papa X, feliciter sedens, nobis facultatem impartiri dignatus sit eodem suprascripto praeinserto suo Apostolico Brevi, ut nos pro hac prima vice Vicarium Generalem nostrae Congregationis huiusmodi ad sexennium auctoritate Apostolica debeamus deputare, quam ad rem opportunam nobis tribuit facultatem; idcirco, nos, auctoritate Apostolica praefato, praeinserto apostolico Brevi nobis tributa, de zelo, prudentia, integritate, doctrina, religiositate, rerumque gerendarum peritia R. Pris. fratris Emmanuelis de Conceptione, eiusdem Patrum Discalceatorum Regi Portugalliae coetus, plurimum in Domino confisi, tenore praesentium et auctoritate ut supra Apostolica nobis tributa, eundem Prem. Frem. Emmanuelem de Conceptione in Vicarium Generalem praedictae novae nostri Ordinis Congregationis Portugalliae ad Sexennium creamus, eligimus, constituimus ac deputamos, prout creatum, electum, constitutum ac deputatum esse volumus ac declaramus. Quoniam vero praedicta nova Congregatio Portugalliae constituta est ad formam et tenorem Congregationis Patruum Discalceatorum Italiae, in qua Definitores quatuor et duo Visitatores, ultra Patrem Vicarium, eliguntur; idcirco, nos constituimus R. P. Fr. Sebastianum a Cruce in primum; R. P. Fr. Vincentium a S. Joseph in secundum; R. P. Fr. Andream de Conceptione in tertium et R. P. Fr. Antonium de Sacramento in quartum Definitorem; et insuper, ad totum Definitorium integrandum, deputamus in primum Visitatorem R. P. Frem. Dominicum a Jesu Maria, et in secundum R. P. Fratrem ...... (1) Quibus sic electis, deputatis et constitutis ad coetera peragenda pro

(1) Al margen - Hic secundus Visitator remansit in albo quia Dnus. D. Thomas de Vega nullum habuit nominandum.

Conventuum dispositionibus omnem et quamcunque necessariam et opportunam auctoritatem, quantum ad nos spectat, impartimur. Dat. die 20 Aprilis 1675. - Mr. Fr. Nicolaus Oliva, Prior Generalis licet indignus. - Locus † Sigilli. - Mr. Fr. Franciscus Maria Ferragatta, Ordinis Secretarius.

Regest. Rmi. Olivae, Dd. 111, fol. 281-283-v.